



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 5. Quomodo transferatur iuspatronatus per venditionem
Vniuersitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

C A P V T Q V I N T V M.

Quomodo transferatur ius patronatus per venditionem Vniuersitatis.

S U M M A R I V M.

- 1 *Ius patronatus transfertur per venditionem Vniuersitatis accessorie.*
- 2 *Non autem ius decimorum.*
- 3 *Ius patronatus non transit in venditione fundi, in quo sit Ecclesia.*
- 4 *Ius patronatus quando transit cum Vniuersitate, non requiritur Episcopi consensus.*
- 5 *Ius patronatus de per se vendi non potest.*
- 6 *Ius patronatus expressum in venditione Vniuersitatis non transit.*
- 7 *Ecclesia si emat sit libera.*
- 8 *Ius patronatus non potest cedi creditoribus.*
- 9 *Nec dari in solutum.*
- 10 *Præsentatio vendi non potest.*
- 11 *Quid si plures habent castrum, in quo sit ius patrona-*

tus, quomodo procedat.

- 12 *Venditio Vniuersitatis nulla ob ius patronatus, valida est quoad alia.*
- 13 *Euictio pro iure patronatus non cadit.*
- 14 *Ius patronatus legari potest.*

1 **T**ransfertur etiam † ius patronatus de uno in alium per venditionem veræ Vniuersitatis, in qua sit ius patronatus. cap. ex litteris. de iure patron. tunc enim accessorie transit ius patronatus cū Vniuersitate. Abb. & Innoc. in dicto cap. ex litteris. Decimæ † tamen non veniunt in venditione Vniuersitatis. Innocen. vbi supra, & venditio iuris sepulturæ facta cum Vniuersitate valet. Abb. in dicto cap. ex litteris. num. 14. & quando ex venditione hæreditatis, seu bonorum

E 4 tran-

72 Pars I Lib. IV. Cap. V.

- trāseat iuspatronatus, videoas
Lambertin. de iurepatronat.
lib. 1. par. 2. quæst. 5. artic.
3 14. & 15. Cum t̄ venditio-
ne tamen fundi non transit
iuspatronatus ecclesiæ, quæ
est in fundo: sed vendito Pa-
latio, an Cappella Palatij vi-
deatur vendita, videoas Lam-
bertin. vbi supra. articulo 18.
4 Transfertur t̄ autem iuspa-
tronatus, cum Vniuersitate
sine aliquo Episcopi consen-
su. Illustrissimus Card. Man-
tica decif. 140. num. 2. Rot.
Roman.
5 De per se autem t̄ iuspa-
tronatus vendi non potest,
alias simonia committitur.
c. de iure. de iurepatron. nec
etiam cum Episcopi consen-
su: quod si emens iuspatro-
natus detineat, debet spolia-
ri. cap. quia clerici. vbi Abb.
& glos. de iurepatr. & etiam
venditor spoliatur, & ecclæ-
sia remanet libera. Si t̄ au-
tem in venditione Vniuersi-
tatis exprimatur iuspatrona-
tus, id est, quod etiam iuspa-
tronatus venditur, tunc non
valet actus, nec transfertur
iuspatronatus. Lambert. vbi
supra. artic. 20. Farinac. de-
cif. 399. parte 2. tomo pri-
- 7 mo. Quod si ecclesia t̄ emat
fit libera, nec debet priuari.
Rocch. de Curte. de iurepa-
tron. verbo ipse velis, à quo.
num. 55. Precium autem
datum pro emendo iurepa-
tronatus, nec emptor, nec
venditor habere debet; sed
ecclesiæ tribuitur, cui ob si-
moniam illata fuit iniuria,
ita communiter Doct. Card.
Abb. & alij in dicto cap. de
iure. & ibi glos. ultima, etiam
si ecclesia ipsa esset emprix.
Lambertin. vbi supra. artic.
8 6. Quo stante t̄ iuspatrona-
tus non potest cedi credito-
ribus à patrono nihil habente
in bonis, cum iuspatronatus
non recipiat æstimationem.
dicto cap. de iure. Nec de
9 per se potest t̄ dari in solutum,
cum Vniuersitate autem sic.
dicto cap. de iure: nec etiam
potest æstimari præsentatio,
quæ est fractus iurispatrona-
tus. Abb. in cap. cum Ber-
toldus. num. 39. de re iudic.
10 Et ideo t̄ neque ipsa præsen-
tatio vendi potest, nec po-
test locari. Card. in cap. ex
litteris. num. 4. de iurepatr.
Lambert. vbi supra. quæst. 8.
11 princip. Quod si t̄ plures pos-
sident Castrum iure hæredi-

tario, in quo sit iuspatronatus, & ex vsu antiquo senior de parentela præsentat, si senior vendat partem suam dicti Castris, non præsentabit emptor, sed alius senior de parentela, excluso dicto seniore venditore: quod si non senior de parentela, sed senior patronus debeat præsentare, tunc si emptor sit senior patronus, ipse præsentabit. Lambertin. vbi supra. quæst. 5. artic. 16.

12 Aduertendum tamen est, quod quando venditio Vniuersitatis nulla est propter expressum in ea iuspatronatus, valida tamen est quo ad

aliam. Abb. in cap. querelam. num. 7. de simonia. Rocch. de Curte vbi supra. num. 52. & pro hac re faciunt dicta per Felin. & Doct. in cap. cum super; vbi Felin. num. 8. de offic. deleg. Nec aliquo t casu pro iurepatronatus cadit euictio, cum vendi nequeat. 14 dicto c. de iure. Cum t ergo iuspatronatus transeat cum Vniuersitate, & per donacionem, potest etiam legari, cum legatum sit donatio: quod legatum quomodo fieri debeat supra dictum est, & vide Lambertin. vbi supra. quæst. 6. principali.

C A P V T S E X T V M.

Iuspatronatus an possit concedi in feudum.

S V M M A R I V M.

- 1 *Iuspatronatus non potest dari in feudum.*
- 2 *Accessorie autem sic.*
- 3 *Vassallus si construxit ecclesiam amissso feudo retinet iuspatronatus.*

- 4 *Iuspatronatus, nec præsentatio locari possunt.*
- 5 *Locatores præsentant quando iuspatronatus pertinet ad parochianos.*
- 6 *Et tunc admittuntur etiam mulieres.*

Iuf-